PRÆFATIO.

Statuerat Joannes KNIPPENBERGH Gelro-Heldenſis Hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ Geldriæ ſupplementum dare, ſeu continuationem ab Anno MDCCI. ad Annum MDCCXXV. in formam chronici digeſtam, complectentem ea, quæ in Geldriâ præcipuè ſuperiore uſque ad ejus partitionem memoratu digna evenerant tam in eccleſiaſticis quam rebus profanis, quod Supplementum hactenùs luce caruit; quare Poſſeſſor autographi, ne Poſteri priventur, illud prelo dignum cenſet cum quibusdam additamentis in opere deſideratis, & ad hæc uſque tempora perductis, notanter ſerie Reverendiſſimorum Epiſcoporum Ruræmundenſium, qui omnes zelo, exemplo aut ſcriptis Eccleſiam exornarunt.